

Dei culturam, secundum sanctionem de his sacris actibus traditam. Et nos etiam hanc in praesenti ponimus legem, quam cum omni cautela teneri volumus. Omnibus enim interdicimus magne hujus civitatis habitatoribus, magis autem etiam totius nostrae ditionis in domibus suis habere quasdam quasi orationum domos: et in his sacra celebrare mysteria: et hinc fieri quedam catholice, et apostolice traditioni extranea. Sed si quidem domos ita similiter aliqui habere putant oportere in sacris suis, orationis videlicet solius gratia, et nullo celebrando penitus horum quæ sacri sunt mysterii, hoc eis permittimus. Invidia enim nulla est, si volunt circa hæc habere habitacula quædam, et in eis tanquam in sacris orare, alii autem omnibus abstinent: nisi tamen in eis voluerint aliquos invitare clericos, hic quidem sanctissima majoris ecclesie, et sub ea sanctissimorum domum, voluntate ac probatio[n]e sanctissimi archiepiscopi ad hoc deputatos: in provincia vero Deo amabilium episcoporum: nulla novitate sed eijs beatitudinis ex praesenti nostra lege facienda circa existentia ei qualibet modo in ordinationibus aut gubernationibus hic aut in provinciis iura: sed omnibus etiam competentibus ei qualibet modo et tempore, ratis num[er]i et in omne reliquum tempus servandis: sancimus tuam hæc conservare gloriam, et manifesta omnibus per literas proprias constituere, quatenus per omnia valeat lex. Hæc enim et gloriissimo prefecto felicis hujus urbis, et sanctissimo archiepiscopo, et universali patriarchæ precipimus, ut ex civili et sacerdotali virtute hæc perpetue custodianter. Sciant et ipsi domum domini, quia si non hæc custodirent, ipsi quidem sub imperiali fient motu: dominus⁵ autem in quibus aliquid tale agitur, et publicæ fient, et sub sacratissimum nostrum ærarium deducentur. Si autem et aliquo contingent tale aliquid in suis habere domibus: sciant quod nisi intra tres menses, ex quo hæc lex insinuata fuerit, hæc correxerint, et ad figuram a nobis ordinatum deduxerint, sub predicta pena fient. Hæc autem agi cum veritate, non per aliquam calumniam volumus: *Veracum enim solummodo sinus amatores*. Hæc sancimus tuam custodie celsitudinem, et nihil tale fieri concedere. Scito enim quia si diciderimus, quod tibi tale aliquid denunciatum, deinde non prohibuisti aut to[do] successores tui cinguli futuri: ipse quidem quinquaginta libarum auri expones penam, et qui successors cinguli tui fuerint: parens autem tibi officium, idem sustinebit damnum, quia rem nobis studiosam, et sanctissimæ ecclesie custodientem unitatem, et prohibentem quæ a nobis aperte interdicta sunt agi latenter, passum est despiceremus: et circa ipsum cingulum periclitabitur: insuper et ipsam domum in qua aliquid tale agitur, fieri publicam et sub sacratissimum venire ærarium.

EPILOGUS.

Scriptum autem est a nobis et sanctissimo patriarcha felicis hujus urbis, ut et ipse hujus ponat rei providentiam. Volumus enim sacerdotialiter et judicialiter hæc servata durare in reliquum tempus immutata. — Dat. 5 non. novemb. CP., imp. Dom. JUSTIN. P. P. A. anno 11, post. BELIS. V. C. consulat.

TIT. XIV.

DE DEBITA IMPENSA¹ IN EXEQUIIS DEFUNCTORUM.

NOVELLA CONSTIT. LIX.

Idem Imperator JUSTINIANUS AUG. Joanni praefecto prætorio, iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Singula bonorum operum a nobis Dei auxilio oportet accipere principium, aut si qua, ea quæ ab aliis facta sunt bona, secuta est corruptio, hanc emendari a nobis et in antiquum reduci ordinem. Ut nos aut factio rei aut correctione ad bonos actus studeamus habere semper participium. Quale videbatur aliquid et super exequis defunctorum factum non recte perspicuum emendare, et donare, omnibus, ne duplice sustineant difficultatem simul quidem ut quæ sua sunt amittant, simul autem ut pro se dannificentur. Sed quod Constantinus² p[ro]m[ulg]at[us] recte cogitans disposit, et post hæc Anastasio p[ro]m[ulg]at[us] firmavit, adjiciens etiam redditus cause, hoc nos ipsi cum periculum patiatur cadere, reparare et dare cum omni cautela et terminis competentibus cogimur, illud facientes manere immortale. Constantino³ enim p[ro]m[ulg]at[us] non gentis octoginta ergasteris, ex diversis corporibus felicissimas hujus urbis, sine tributis dante sanctissimæ majori ecclesie; Anastasio⁴ vero

³ Add. N. 751, c. 8.

TIT. XIV. — 1. Lib. 5, C. 44; add. N. 45. — 2. N. Leon. 12. — 3. L. 4, C. de sacros. eccl.

p[ro]m[ulg]at[us] non solum ergasteris illis quinquaginta et centum adiuvante, sed et redditum⁵ certum largiente per duas pragmaticas formas, quatenus quod ex ipso redditu colligitur aurum, proficiat ad ea quæ dantur a Deo amabilibus economis his qui ad hoc laborant: plurimi plerumque adierunt nos, dicentes non similiter causam procedere, neque sine mercede fieri defunctorum exequias, sed exig. amare, et inveniri plurima foris nomina et corpora que etiam invitos exigunt lugentes, et cogunt dare non habentes, hæc omnia iustum judicavimus competenti correctione digna facere.

CAP. I.

Primum itaque ea quæ per ergasteria plurimam suscepserunt lesionem et diminutionem, ad plenum restituimus sanctissimas majori ecclesie sacram propter hoc scribentes formam ad urbis præfecturam, quatenus ipsa cum obediens sibi officio traderet mille⁶ centum ergasteria omnibus modis Deo amantissimis ecclesie defensoribus et economis sanctissima dictæ ecclesie: octingenta quidem in corporibus ergasteriorum præbendis Deo amantissimis defensoribus, trecentis autem Dei cultoribus economis, ut Deo amabilibus habeant quadraginta ergasteria, et redditum ab Anastasio diu[m] memoria donatum, nequaquam querentes tanguam minus sit, sed supplementum ex trecentorum ergasteriorum datione habentes, facere mensu[m] expensas, et decanis, et aliis ordinibus, Deo vero amabilis defensores habentes octingenta ergasteria et appellatos lectarios præbere, et aliud ministerium facere quod defunctorum exequias volunt, quatenus per hoc damnatio auferantur lugentum.

CAP. II.

Oportet ergo supradicta mille centum ergasteria custodiri et Deo amabilibus economis et defensoribus semper sine tributis et sine diminutione, et supplenda a gloriissimo præfectori felicis hujus urbis, si quis faciat casus quilibet modo aut mutatio horum faciei aut mercantia, ut Deo amabilis quidem economi habentes prædiorum administrationem quæ sepolchrus deputata sunt, habentes etiam sine tributis trecenta ergasteria, defensores autem octoginta, circa exequias defunctorum faciant gubernationem, ea quidem quæ ex prediorum redditu accidunt a Deo amabilibus economis dari sepulchris, sicut descendentes diximus, adjecto etiam ex trecentis ergasteriis clementio, quod etiam ipsum in ipso opere percipere petierunt. Quia igitur mille centum ergasteriorum in hac existentium felici urbe plurima cediderunt; præcipimus secundum præsens tempus repleantur, et horum mille centum ergasteriorum numerum minimum conservatum et sine tributo, divisum secundum dictum a nobis modum servari et Deo amabilibus economis et Dei cultoribus defensoribus, ut tamen non minus sint decani seu laboratores octingenta deputati Deo amabilibus defensoribus, pro vero trecentis datis Deo amabilibus economis, licetiam his esse iisdem Deo amabilibus viris si voluerint, in corporibus accipere trecenta ergasteria, aut omnia aut quedam ex his, aut percipere occasione appellatorum excusatorum, pecunias pro cunctis aut pro aliquibus ergasteriis, ipsasque pecunias, quæ hactenus non habebant, (sicut et ipsi nostram docuerunt potestatem) expendere circa defunctorum exequias, ut et ex his pecunias et ex redditibus prædiorum distributio fiat et decanis⁷ et ascetris et canonics, [et acolythis] sicut descendentes ordinavimus. Iisdem enim Deo amabilibus economis docentibus quia jam impossibile est ex prædis de cetero eandem redditum servari, recte nos trecentorum ergasteriorum clementum distribuimus huic parti, quatenus, quod inculpabilis hactenus datum est laboratoribus, circa funerum exequias, et deinceps detur, hoc est per singulum mensem quadragesimos solidos dividendo decanis et acolythis et ascetris, et canonics, secundum eam, que hactenus apud eos tenuit consuetudo: hoc est decanis quidem per singulos menses centum octoginta duos solidos, ascetris autem nonaginta [unum] solidos, et acolythis nonaginta unum solidos, et canonics triginta et quinque solidos, congregando quidem ab eisdem Deo amabilibus economis, solvendo autem in eis, qui conseruerunt accipere, per sex menses.

CAP. III.

Oportet autem competentem quidem auri partem reverendissimis ascetris dari, per Deo amabilis economos secundum dictas inducias, Eugenio Deo amabili diacono et xenodochio Sampsonis sanctæ memoria Xeononis, et ejus qui per nos constitutus est, et hi qui erunt post eum Deo amantissimi xenodochi memoratorum xenodochorum, eo quod ascetris ad hoc ministrantes opus sub xenodochiis per tempus memoratorum venerabilium xenodochorum constitutæ sint, quod autem contingit acolythis et reverendissimas canonicas similiter dari ab eisdem Deo amabilibus

clos.; d. N. 45; d. N. Leon. 12. — 4. d. N. 43. — 5. L. 18, C. de sacros. eccl. — 6. d. N. 43. — 7. L. 4, C. de sacros. eccl.; L. 1, C. de collegiat.

economis, et qui nunc præsunt eis, et quibus per tempus præsulatus eorum committuntur, ut per eos distributio fiat præ declaratis, et sub eis constitutis ascetris et canonics, neconon et acolythis. Si vero retro fecerint circa tam[en] solutionem Deo amabilis economi: et hoc palam fiat intra sex menses, in secundo semestre veniente, si nullam fecerint solutionem, tunc omne quod post primum semestre debetur, exigi semper et etiam lectos, non tamen expensas facere aliquos, Deo amabilibus economis cogendis, vel ex redditu ab Anastasio diu[m] memoria relatio, vel ex trecentis ergasteris omnem memoratam expensam fieri circa dictas personas secundum in omnibus ordinatum a nobis divisionem. Sic nihil indefinitum erit, sed mediocres sepulcras fieri volentes hac fruenter dispositione, et ad munificentiam respicientes, non magis damnificabuntur, sed erunt cum mediocritate munifici.

CAP. IV.

Si autem et alter annus transeat, et neque sic aliquid exsolvant Deo amabilis economi reverendissimis mulieribus aut memoratis decanis, licentiam esse per tempus sanctissimo patriarchæ, non solum exigere Deo amabilis economos debitum cum dicta usura, sed etiam dare eos cogere quæcumque decreta sunt, et (si voluerit sanctissimus patriarcha) expellere eos a gubernatione prædiorum, et exigere horum faciem puram ab eis qualis est. Horum omnium sollicitudinem ponente pro tempore-beatisimæ archiepiscopæ et universali patriarchæ, sub quo sunt et Deo amabilis economi et omnis clerus, et universus sanctissimæ majoris ecclesie status. — § 1. His ita factis nullum penitus ab invito percipere pro mortuo corpore tulato quicquam, ut autem discreta sint omnia, sancimus singulo lecto gratis dato unum asceterium dari, asceteriarum aut canonistarum non minus, octo mulierum præcedentium lectum et pallientum et tribus acolythis, qui nihil penitus accipient. Si tamen quis voluerit competentem defuncto et exequias facientium ipse sponte, cogente nullo et aliud asceterium unum aut duo aut etiam amplius assumere: hoc sit quidem eius munificentia, tamen nec hoc indefinitum relinquimus, et hic eadem mensuram esse volumus harum quæ per munificentiam assumuntur asceteriarum seu canonistarum, et acolythorum, quam superius definitivimus, non minus octo asceterias seu canonicas esse, quæ ex unoquoque asceterio assumuntur, et tres acolythos per singulum asceterium.

CAP. V.

Dare autem asceteris seu canonics his, que circa id gratis ministrare sumuntur, si quidem intra novos⁸ muros felicis hujus urbis sint exequiae, usque ad ternos solidos, nihil ex hoc acolythis penitus recipientibus, neque dividentibus hæc cum reverendissimis asceteris aut canonics. Acolythis autem qui præter tres gratis ministrantes sumuntur, siquidem alii tres sint, fieri contentos siliquis tribus: si vero sex, siliquis sex: et deinceps secundum hanc modum etiam de his gubernari. Certum vero est, quia si et spatium plus consistat, et qui lecto ministrant decani plures sint, asceteria plura propter hujus oneris partem, etiam aliquid et ipsi dabunt secundum similitudinem ad asceteria disciplina laborantia, ut differentia laboris videantur aliquid et ipsa habere hinc solatum. Videtur autem intra novos muros et transitus Justinianarum seu Sycorum, quoniam non longe constituta (neque) egerit ampliori tempore vel labore ad veniendum ibi. Si vero foris novos muros felicis hujus urbis exequie fiant, aut etiam in aliis transitus citra quam dictum est, tunc asceterias quidem seu canonicas dimidiata parte solidi accipere, neque hic communicantibus penitus ullo modo eis acolythis. Ipsis autem acolythis in singulari asceterio quatuor accipientibus siliquis, et ultra hæc nihil, secundum memoratam divisionem, asceterio sequente gratis datum lectum cum tribus acolythis, et ipso omnino veniente, per octo asceterias aut canonicas, et tres (sicut dictum est) acolythos, et nihil penitus recipientibus, neque per circumferentiam dationem exigentibus, et aliam mensuram adinvenientibus sub alio velamine.

CAP. VI.

Hæc itaque omnia definitivimus super his, qui non per munificentiam querunt duos majores lectos in venerabilis vasorum custodiariorum positos. Dicimus autem Studii gloriose memorie, et Stephani magnifice memorie. Si quidem enim illos voluerit accipere, utpote et pluribus hominibus egestes, et custodia potiori et omnimoda curiositate egestes, hoc non conjungimus his quæ prius diximus, sed tanquam magnificam exhibens voluntatem, quantumcumque pro labore decanis aut reverendissimis asceteris vel canonics dare placuerit, tantum et præbeat, non tamen valentibus transcendere decem solidorum quantitatem in duobus lectis Studii et Stephani, in deaurato autem posto in sanctissima majore ecclesia, vel uno solido pro eis forsitan faciendo quatuor solidorum, asceteris autem, et canonics, et acolythis duplia accipientibus, quam prius de his definitivimus, quippe et ipso asceterio seu canonica gratis in aliis lectis præcedente, eadem accipiente quantitatem, quam et reliqua asceteria. Illoc

8. L. 18, C. de sacros. eccl.; L. 18, C. de operib. publ.; L. 7, C. de metalis.

ipso et supra acolythis observando quod prædictimus, ut et isti duplum horum quæ jam a nobis ordinata sunt, accipient: quando unus tamen horum trium fuerit lectus, in quo funus agitur, id volente qui hoc celebrat: quippe Deo amabilibus defensoribus necessitatem habentibus personis secundum dictam a nobis divisionem a nobis divisionem. Sic nihil indefinitum erit, sed mediocres sepulcras fieri volentes hac fruenter dispositione, et ad munificentiam respicientes, non magis damnificabuntur, sed erunt cum mediocritate munifici.

CAP. VII.

Hæc igitur nos decrevimus, et super ergasteria, et super redditibus, et super exequis, vel quæ gratis, vel quæ per munificentiam fient. Custodes quoque ponimus, ut imminutus semper custodiatur ergasteriorum numerus, non solum gloriosum præfectum hujus urbis, et ei obediens officium, sed multo potius tuam celsitudinem, et qui semper cingulo sunt addendi, cui nunc ipse presides. Insuper et pennam definitius et adversus officium tuum, si quis neglexerit, quinquaginta librarum auri, et aduersus eos qui semper tuam percepient sedem, duplum, ut non contundat aliquando memoratorum mille centum ergasteriorum numerus deficere, secundum dictam a nobis divisionem: sed si docearis hoc, aut ipse, aut qui post te, hujus omnem ponas providentiam, et proceres eum imminutum per omnia perdurare: et in omnustum et sine adiumento, et a tua celsitudine et ab omni alia persona, ut non hæc fiat occasio quatenus contra quod definitum est detur atque merces pro funere aliquæ persona, nulla discretione facienda personarum defunctorum, sive divites sint, sive pauperes, nisi tantum, sicuti præcedenter diximus, unum trium lectorum elegerint, in quibus competentia disponimus. Et voluntus etiam illa tenere secundum hunc modum, et esse per omnia immitalita et immortalia, hac sacra pragmatica lege per omnia tenente, donec sunt homines, donec magnum et valde laudandum Christianorum nomen in hominibus est, et quotidie per Dei providentiam augetur: provide quippe his, ante alios omnes ipso sanctissimo patriarcha felicis hujus urbis, ut cum pontifici dignitate ipse causa utens, non sinat ab ulla persona neque sacerdotali, neque judiciali, neque aliorum ulla depravari, quæ a nobis ordinata sunt, sed et ipsum imperium conjuramus, ad magnum resipientes Deum, ut semper sceptrorum Dominus vigilanter huic rei provideat. Non enim hoc pro solis mortuis, sed etiam pro viventibus et maxime imperantium salute est, p[ro]s[ec]tus omnino ad effectum adiungi, et non prælaborant bonum opus a subsequentium desidia perire. Sicut autem ad mille centup[er] ergasteria immunita et sine tributo servari disponimus, ita reliqua ergasteria omnia sub tributis constitui sancimus, nullo penitus licentiam habente ea exipere a tributis, neque venerabiles domos, neque ex xenodochiis, neque ex asceteriis, vel monasteriis, aut alio quolibet, sed neque ipsum imperiali nostra domo, aut qui in principatibus vel potestatibus sunt: sed omnibus ergasteris similiter agnoscantibus tributa, nec paulatim singula excusat, et proprium levigare, et reliqua paucis existentibus totum imponere pondus, et ex hoc magnum sustinere dispendium, ferre hoc non valentes.

EPILOGUS.

Tua igitur celsitudo, et qui post eandem administrationem accepit, et parens tibi officium, que placuerint nobis per præsentem divinam pragmatice formam, nunc et in reliquo omne tempus servabunt. — Dat. 5 non. novemb. CP., DN. JUSTIN. P. P. A. an. 11, post. BELIS. V. consulat. an. 2.

TIT. XV.

UT DEFUNCTI¹ SEU FUNERA EORUM NON INJURIENTUR
A CREDITORIBUS; ET UT CONSILIARIIS NON SUSCIPANT
COGNITIONES ABSQUE JUDICIBUS.

NOVELLA CONSTIT. LX.

Imp. JUSTIN. AUG. Joanni glorioiss. sacrorum prætoriorum per Orientem præfecto, iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Qui varietatem causarum conjuncti, non facile ad culpam veniunt, is Tit. XV. — 1. Ade N. 1. 24; L. 27, D. de injuriis.

veritatem examinent: quosdam namque verisimile est multitudinem legum, que per singula a nobis adjiciuntur, culpare, non considerantes, quia opere semper vocante, consonas causis ponere leges compellimus: cum semper inopinabile emergat, et ab iis que jam posita sunt, mederi non valeat: quale quidem nuper est agnatum. Debet enim sibi quidam dicens ab aliquo, dum hominem in morte cognovisset esse constitutum, milites congregans, et servos alios plurimos, ingressus est super morientem: verum ille anxius clamare copit, donec eum violentia compressum reliquisset spiritus: at ille etiam signacula² imposuit rebus sua potestate, presente nullo in cingulo constituto, aut qualibet omnino legali et civili officio observato: et neque ita recessit, sed etiam defunctum injuriare eum non piguit, primum quidem insistens³ non fieri exequias: deinde, cum vix cepisset de domo deponi mortuum, instabat publice portari lectum non sinens: neque deducendum dicens, nisi debitum perceperit, donec sponsorem accepit: et ita jam defunctum tradi terra permisit. Négotium siquidem, quo hæc commissa sunt, competenter dispositum est: oportere autem judicamus etiam generali lege hæc emendare: non sinentes hæc rursus committi semper sine legislatione manentia.

CAP. I. *De creditoribus qui mortuis debitoribus imminent, sic Julianus.*

Sancimus⁴ igitur, si quis illo superstite adhuc quem putat debere sibi, ascendat domum ejus, et molestus sit superstiti homini, aut qui ejus sunt, uxori forte vel filii, aut domui omnino, aut etiam signacula⁵ per propriam potestatem imponere presumat, non prius decreto et officio legali servato: post ejus qui dicitur debere, mortem, actione quidem modis omnibus cadat⁶, sive justam habeat hanc, sive non: quantum vero, debet sibi dicit, tantum aliud desperare exigatur, et detur injuriati hereditibus. Confiscationem⁷ quoque in tertiam partem substantie sustineat, (sicu⁸ et Marcus Philosophus imperator in suis conscripsit legibus) et infamia feriatur. Qui enim homini naturam non erubuit, dignus est, et pecunias, et gloria, et alii omnibus condemnari. — § 1. Si vero etiam morente quodam, circa funus peccetur aliquid morienti, quod exequias prohibeat: scripta quidem⁹ jam lex¹⁰ est, et a nostro patre super hoc: tamen simul etiam ex nostris major sequatur delicti pena, et iisdem subjaceat, que praesens infert lex¹¹, qui in vivente tale aliquid, quale diximus, committunt: hujus rei providentiam habente præcipue quidem gloriosissimo praefecto hujus felicissima civitatis, cui taliū emendacione cura est: nihilominus autem et gloriosissimo sacrorum nostrorum prætoriorum praefecto, et gloriosissimo magistro sacrorum officiorum, et semper his obedientibus officiis. Oportet enim communibus existentibus contra naturam injuriis, communem esse judicibus super his prohibitionem atque vindictam: his non in sola hac felicissima civitate valentibus, sed etiam in omnibus gentibus, quarum nobis principatus alium quidem ab initio dedit Deus, alium vero accepit, et adhuc etiam dabit, sicut ait quidam ante nos: provinciarum quippe judicibus, sive militariibus, sive civilibus, hujus rei providentiam habentibus. Sequitur enim hic quidem judices eorumque officia triginta librarum auri poena, si quid horum neglexerint: provinciales autem quinque, si neque ipsi ad hoc institerint, denuntiatione qualibet aut hic aut per provincias facta.

CAP. II. *Ne consiliarii sive adscensores suscipiant cognitiones absque magistratibus.*

Illud¹⁰ etiam recte se habere perspeximus, non permittere (sicut Zenonis pia memoria dicit constitutio, et nostra quoque) consiliarios judicium ipsos causas per se audire, que apud administratores aut datos a nobis¹¹ judices agitantur. Multo namque melius perfectus coram ipsis praesentibus illis quorū interest, causa morientur, terrore imminentis exhibitis testibus, et omnino causa propriam habente honestatem, quam si apud pedaneos judices talia decernantur, in nullo consiliariorum officio distante ab illis. Sed quoniam a nobis constituti semper administratores, occupationibus rerum, nostrarumque jussionum comprehensi, ad hanc necessitatem deponuntur: oportet consonam congruamque legem rebus imponere. — § 1. Sancimus igitur contestationes, quidem litium omnibus modis apud ipsos fieri administratores, sive maiores, sive minores sint: sed etiam in mediis litibus introduci rursus apud eos semel moti negotii res, quatenus ea qua examinantur, agnoscant; cum vero novissima sententia proferenda est, nullo modo præsumere consiliarios alisque administratoribus audire, sed eum cum competenti honestate, quam dudum disposuimus, propositis sacrosanctis

². Tit. C. ut nemini licet sine judice. Auth. signac. imp. reb. alien. — ³. N. 115, c. 5, § 2; L. 58, D. de religiis; L. 5, § 4; L. 8, D. ult. C. de sepulchro violato. — ⁴. Authent. Item qui, C. d. t. de sepulchro violato. — ⁵. d. fit. C. ut nemini licet sine jud. Auth. signac. — ⁶. L. 12, in fin. L. 15, D. quod metus causa. — ⁷. L. ult. D. ad leg. Jul. de vi privat. — ⁸. Vide tamen L. penult. D. ad leg. Jul. de vi privat. — ⁹. L. fin. C. de sepulchro viol. — ¹⁰.

eloquisi, ipsos administratores et audire quæ examinata sunt omnia consequenter, et judicare eos negotia, et suscipere appellations, si quis appellaverit, sine ultra dilatione, ubi lex hoc fieri permittit: et rursus appellationis judices modis omnibus per se audire negotia, nullo agere alteri presumente: sed si quid tale fiat, ipsi quidem administratoribus viginti librarum auri formidantibus poenam: consiliariis autem qui tale aliquid agere præsumperint, si quidem advocati sunt, expellendis ab eloquentissimorum advocationis collegio: si vero advocati non sunt, sed alii quidam: etiam cingulo (siquidem habent) privandis, et decem librarum auri castigandis poena. Non enim oportet eos qui Zenonis pia memoria contemplent legem, et dudum nostram et presentem, arbitrii ut unquam falsitatis hujus fugiant poenas. Erit enim cura per tempus gloriissimi comitis sacrorum nostrorum privatorum¹², hujus rei habere providentiam et exigere poenam, et inferre aerario, dum tale aliquid commissum fuerit: cognoscentes etiam ipso, quia de suo fisco complete debeat, nisi hujus rei habuerit competentem providentiam. — § 2. Sed hoc quidem in administratoribus decernimus: quibus publica et circa nostras jussiones occupationes, ut non per se audiunt causas, concedunt veniam. Alios autem omnes qui nullam administrationem habent, causas autem ex jussionibus nostris audiunt, aut in hac felicissima civitate, aut in aliis, si tale aliquid egerint, et eos qui in officio consiliariorum cum eis audierint, adhuc vehementeribus affligimus penis, nisi per omnem consequentes item, ipsi cum suis consiliariis audiant causam, nam et dignitatem casum eis interminarunt, et poenam vicenarum librarum auri: et eorum consiliarii ex ipsa pelli civitate in qua hoc egerint: insuper etiam ipsos proprio cadere honore.

EPILOGUS.

Tua igitur eminentia, que visa sunt nobis, et per hanc divinam declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modum edictis per provincias utens: ut nullam gentium lateat aliquid quod a nobis sanctitur; in hac enim felicissima civitate gloriissimus praefectus urbis hoc proponet. — Dat. kal. dec. CP., imp. Dom. JUSTIN. P. P. Aug. anno 11, post BELIS. V. C. consul. anno 2.

TIT. XVI.

UT IMMOBILIA ANTENUPITALIS DONATIONIS NEQUE HYPOTHECÆ DENTUR, NEQUE OMNINO ALIENENTUR A VIRO, NEC CONSENTENTIUXORE, NISI POSTEA SATISFIERI POSSIT UXORI: HÆC VERO ETIAM IN DOTE VARE.

NOVELLA CONSTIT. LXI.

Imp. JUSTIN. Auc. Joanni gloriiss. sacrorum Orientalium prætoriorum praefecto, iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Causam miserandam fieri cognoscentes, coram nobis ipsis negotio moto: illud quidem correxiimus competenti modo, lege autem generali emendamus hujusmodi negotia (hoc quod moris est nostri).

CAP. I. *Ut immobilia propter nuptias donationis neque hypothecæ dentur, neque omnino alienentur.*

Et sancimus, si quis conscriperit antenupitalia aut propter nuptias donationem, (sic enim eam oportere magis vocari decrevimus¹) sive ipse pro se hoc faciens, sive etiam altero scribente, aut patre, aut matre, aut cognatis, aut extraneis forte: si quis² igitur tale aliquid fecerit, et conscriperit donationem, in qua etiam aliquid immobilium est: interdicimus³ ei aut de cetero supponere rem conscriptam in antenupitali donatione, aut alienare omnino. Quod enim semel vinculis sponsalitatis largitatis obligatum est, non erit conveniens alienari: ut mulier eveniente forsitan lucro, quod ei conferit antenupitalis donatio, difficultatem patiatur, non inveniens rem in viri substantia, cum sit alienata alii. aut supposita, ut potentiis forte personis, quatenus illi propter hujusmodi causas aut sit omnibus modis inadibiles vindicatio aut difficultis, et litibus egeat, dum ex hoc ipso sit adjuvanda. — § 1. Quapropter hoc obseruantur, et qui post hac contraxerit, sciat, quia sive exemptionem, sive

Authent. Ad hec, C. de judicis. — ¹. L. 5, C. d. t. — ². Tit. C. de offic. comitis ter. priv. Tr. XVI. — ³. L. 20, C. de donationib. ante nupt. ; edde N. 119, c. 1. — ⁴. Authent. Item qui, C. ad SC. Velle. — ⁵. d. fit. C. ut nemini licet sine jud. Auth. signac. — ⁶. L. 5, C. de privil. dots; ride tamen N. 91, in pr.

EPILOGUS.

Tua igitur eminentia, que placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modum edictis præceptis per provincias utens: ut nullam gentium lateat, que a nobis sancta sunt, in hac enim felicissima civitate gloriissimus praefectus urbis hoc proponet.

TIT. XVII.

DE CONSULTATIONIBUS.

NOVELLA CONSTIT. LXII.

DE ORDINE SENATORUM (ut in quibusdam libris inscribitur) seu DE CONSULTATIONIBUS, (ut in Conti manuscriptis Novellis) seu (ut Anton. Augustinus ex Florentino Codice referit) DE SENATORIBUS. Epitome partim ex Haloandro, partim ex Juliani epitomis collecta per Antonium Contium, nam apud Scrimgerum nihil ejus extat prædictum.

ANTQUIS TEMPORIBUS, AL. ANTE DE HIS IPSIS.
Fuit ergo latina lingua edita haec Novella, cuius omissa præfatione sententia haec est apud Julianum et Haloandrum.

Hæc constitutio jubet provocations in consultationibus, non tantum in amplissimis magistratibus, sed etiam omnibus senatoribus induit, ut totus senatus causas appellationum audiat et conveniat, quamvis silentium tantum sine conventu senatoribus denunciatum fuerit. Silentio enim conventionem inesse videri. Audiant itaque provocations sanctis Evangelii propositis, et quod sibi visum fuerit, imperatori referatur, ut ex divina sententia ejus, senatus calculus confirmetur. — § 1. Agat autem senatus conventionis in Hippodromis. — § 2. Urbicaria praefecture omnibus aliis præsideat⁶ dignitatibus, id est, ante sedeat⁷. Et post præfectum ceteri patricii numerentur: et consules quidem, et qui inter eos consularibus insignibus decorantur, secundum consularem ordinem et prærogativas consulatus sui sedent, ut tam antepontani ordinarii consulares honorarii consularibus. Et post hos præfectum et magistrorum militum et illustriorum virorum ordo ponatur. Omnes autem isti habeant facultatem in senatu sententiam dicere. Qui autem propter cingulum magistratus a senatoribus honoratur, etiam post depositionem cinguli sui, inter senatores consumetur. Liceat autem illustribus viris patriciis codicilos accipere, quamvis⁸ neque consulares, neque præfecti facti sunt. Quod non solum in futuro tempore, sed etiam in præterito constitutio relaxavit. — § 3. Illud autem certum est, quod tertiam partem sportularum in ingressu dignitatis dare compellantur, omnibus aliis ex consuetudine sporulari dandis in quibus promotione in sua firmitate durantibus. Qui autem præsentem constitutionem non observaverint, pena quinquaginta librarum auri plecentur. Quæ pena non solum ipsi violatoribus constitutis, imminebit, sed etiam aliis, qui eam violari concesserint. Dat. CP., post consultatum BELISARI iterum consul. Al. in editione Haloand. P. P. mense Januario, post consultatum BELISARI V. C. anno secundo.

TIT. XVIII.

DE NOVI OPERIS NUNCIATIONE MARITIMI² ASPECTUS.

NOVELLA CONSTIT. LXIII.

Imp. JUSTIN. AUG. Longino hujus almae urbis præfecto.

PREFATIO.

Causam quæ dolose fit in hac regia civitate circa domum ædificia, cohærebe et emendare justum credimus. Quia enim certis mensuris distare domos ab invicem, Zenonis pia memoria constitutio⁵ dicit: non etiam aliquid ultra centum pedes prohibere maris aspectum, rem omnium gratissimam. Oportebat quidem forsan et exemplari mensura aspectus ejus partem, et non eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabiliter quadam machinatur arte. Quidam enim centum pedum relinquentes mensuram, aut etiam parum aliquod hunc addentes, deinde adficant: nihil aliud habentes, sed tanquam aliquid velum tetenderint: et cum abstulerint maris aspectum per omnem potestatem, et non repugnantem legi propter centum pedum spatium, interim adficant sine prohibione: et dum quod querunt potiuntur, deponunt illud quod propter utilitatem ab eis injunctum est: sed ita schema circumventientes omni voluntate, extraeas possessorum constituunt domos: quod de cetero fieri nullo modo volumus inventum.

CAP. I.

Sed si quis voluerit tale aliquid excogitare et malignari, non taliter ludat: sed si hoc egir, pro veritate domum totam adficet: et usque ad spatium totum (centum dicimus pedum) tendat, adficia faciens tanquam necessaria sibi, et inevitabilis futura, non autem propter viciniæ læsionem construat parietes, et velut ex quadam pictura talem extendens machinationem, privationem aspectus arripiat. Sicut enim eis qui aliena diripiunt, directe adversamur, et penitus dignos putamus: ita et haec molientes nihilominus in malitia eorum qui alienas res abripiunt, astimavimus. Unde si parvam⁴ aliquam rem per modum abruptionis auferre præsumet, beneficio, vi bonorum raptorum quadruplicatur pena: quomodo non hunc necesse est qui tale aliquid agit, et cogit quod ab eo factum est, alia majori pena multari? hoc est decem librarum auri inferendarum theatralibus tue celstitudinis, ut non solum vicinus (hoc quod in sermone) constitutus vadat deridens legem, tanquam non valentem eum propriis inhibere dispositionibus.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem: tua celstidus in hac felicissima civitate operi terminoque contradere, et

Tr. XVIII. — ¹. Lib. 59, D. 1; Lib. 8, C. 11. — ². Add. N. 165; L. 12, L. 16, D. de servitu pred. urban. — ³. L. 12, 2, 2, C. de adficiis priv. — ⁴. Inst. vi honor. rapt. in pr. ; d. L. 2, 2, 2, in fin. D. cod.

Tr. XVII. — ¹. L. 5, C. de off. prefect. urb. — ². Abrog. L. 5, C. de consulib. — ³. Abrog. d. L. 5, C. de consulib.